citationibus Conventionibus adcitationibus simul etiam ac quibusvis processibus Ju
ris super bonis praefatis importatis et impositis, Ac luiis perlucris
poenis damnis vadijsque triplicatis super eisdem bonis perductis et
perducendis continuationibusque et continuandis toties quoties necesse fuerit tue
ri, deffendere, eripere et liberare, bonaque eadem munda et libera
facere, Nec debet poterit nec debebit tamen ex quavis subinstigatas
personas dicto Stanislao et successoribus eius tam vi quam iure minori
vel aut quovis modo per se et subordinatas personas possessionem
praependere et adimere, sub damnis tenetur ad simplicem verbi
assertionem sine corporali iuramento ipsius Stanislai et successorum eius
taxandis, Praeterea dictus recognoscens se successores suos in et
super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus nunc et in posterum ubicunque
que in Regno Poloniae et Dominijs eidem adiacentibus habitis et habendis obligat
et inscribit praesentemque inscriptionem ex his Actis ad acta quaecunque An
tentica Regni Poloniae ante decursum unius Anni in hac vel in meliori
verborum forma transferre et transportare, sub similibus dam
nis tenetur ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento ipsi
us Stanislai et successorum eius taxandis, et in deffectu non completionis
praemissorum omnium et singulorum in praesenti inscriptione contentorum tam in
toto quam in minima parte, ipso facto succumbendo, Pro quibus qui
dem damnis tenetur ex quacunque re et causa succubuit et succumbendo
si se praefatus Albertus Dzyinski cum suis successoribus eidem Stanislao
et posteris eius citare permiserint extunc recedendo a terris Pala
tinatibus, districtibus, iudicijs suis quibusvis propriis Coram
Judicio et officio Castrensi Raigrodiensi Pallatinatus Podlachiae Cui
se ad quos suos citabit cum bonis suis omnibus mobilibus et immobili
bus hac successoribus quo ad respondendum subijcit, in primo citationis ter
mino tanquam peremptorio stare parere et respondere ac pro
factis damnis tenetur a iudicio seu officio illo Castrensi Raigrodien
non recedendo sub similibus damnis tenetur sine iuramento corporali ta
xandis reipsa toties quoties necessarium fuerit dicto Stanislao et posteris
eius, satisfacere tenebitur et successoris eius tenebitur, Terminum ipsum pri
mum et alios subsequentes, nulla re exquisita nec colore excogitato omnique
iudicij moraque extraiudiciali vera vel simplici infirmitatibus Actione maiori
iori Juribus et decretis regalibus, statutis et constitutionibus quibus
vis laudatis et laudandis, Bellis Collegijs Conventionibus quibuscunque et par
ticularibus, Expeditione bellica Bello, servitio Militari Reipubli
cae et Sacrae Maiestati Regiae, Aura pestifera, Incursu hostium, absentia
a regno, ac alijs omnibus legalibus impedimentis non differendo nec pro
longando atque se excusando, Ad quietationem mortificationemque inscriptionis
praesentis, et ad evictorum seu evictores, Ac ad munimenta quaevis ditiones

seu dilationes sibi non recipiendo, Appellationes cum Motionibus earumque pro
sequutiones a Judicio seu officio nullas faciendo, Poena tamen Maiorum et
tripliti poena damna eadem tamen non evadendo, Immo se cum successoribus
omnibus iuris remedijs Cautionibus praescriptionibus suspensionibus
Controversijs, Omnibusque qualitercunque ditionibus abrenunciando. Et nihil
hi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque deffectum veni
endo sive successorumque successorum sub amissione totius causae litisque
fatis damnorum tenetur, Quibus solutis utique inscriptioni praesenti et omnibus
in ea contentis satisfacere cum suis successoribus toties quoties opus
fuerit tenebitur, Nulla praescriptione terrae in praemissis omnibus
obstante Quod memoriali firmatum est

Tharlo reformat Consorti

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Cra
covien Generosus Nicolaus Tharlo de Szczekarzowice vexillifer terrae Pre
mislien, Sanus mente et corpore ... Regie Maiestatis, A terris districtibus iudi
ciisque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo, Jurisdictioni vero
Castrensi Cracovien se cum successoribus bonisque suis om
nibus mobilibus et immobilibus in quibuscunque terris Pallatinatibus
et districtibus Regni Poloniae nunc et in posterum habitis et habendis
quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis tantum subijciendo et in corpo
rum sanamente et corpore existens publice verbisque expressis
recognovit Quia quamquam Generosa Ursula de Fliszyn Consorti sua
inscriptionem reformationis dotis et dotalitij in reformationemque et more alia
rum reformationum et super medietate cunctorum bonorum suorum haereditari
orum seu alijs quibusvis bonis coram iudicio seu officio quocunque in Regno
Poloniae sive coram Sacra Regia Maiestate fecerit, et in Actis quibuscunque et
modo quovis est inscripsit, Verum quia huiusmodi reformatio dotis et dotali
tij Generosae eidem Ursulae Consorti suae non pervenerat nec hucusque
pervenit neque de eadem constat an sit actis quibusvis inscripta At
tamen praecavendo indemnitati eiusdem consortis suae eandem inscriptionem refor
mationis dotis et dotalitij si est actis quibusvis modo quovis inscripta
et in bonis quibusvis eius se extendit, obnon transportationem vero seu
renovationem vigore iurium Regni praescriptioni abolita, praesentibus renovat
et demum hac sua personali recognitione mediante recognoscit, Si in
vero nulla nota eiusdem inscriptionis in Actis quibuscunque continetur,
extunc praesenti recognitione sua praefatae Generosae Sophiae de Fliszyn
Consorti suae summam quatuor Millium flor. pecuniae monetae polonicae dotis
eius recepte et levate, Ductus vero amore coniugali erga eandem co
sortem suam et Statui ipsius providendo summam similem quatuor Mil
lium flor. pecuniae, in et super tota et integra medietate Arcis et op
pidi Lijaski, necnon medietatibus Telonij piscinarum Molendino
rumque ad id pertinentium, Item medietatibus villarum praediorumque sibi...

sit Lyaski et Predij, Monastirz ac Predij, Decemque piscinarum Hruskie
nouiter locarum, Korzisz, Kyemieczkawolya, Predijque Grzibowice
Tarnawa, Noua et Antigua Sussiza ac Predij Molendini et Sere
Mozarz Jawadka ac Predij, Maior Sussiza et Wolya Sussiz
ka Predijque Szumnisze, Jarnowiec, Kalne, Myszkowiec illorumque
atinentium et pertinentium quatenus universis nullis penitus exceptis et ex
clusis, sed omnibus in gre et singulis in specie comprehendi refor
mat, dotat, dotaliciat, indicat, inscribit et assecurat, presentibus. Ita
quod ipsa Generosa Josepha de Flicznik Consors sua posterius eius
bona prefata in summa predicta dotis et dotalicij simul iuncta Octo
Millium florenorum Pecunie cum omni iure domino et proprietate omnibusque
utilitatibus fructibus et prouentibus ex eisdem bonis prouenientibus te
nebit habebit et possidebit eisque bonis utifruetur modo et forma
aliarum reformationum in regno Poloniae hactenus et diutius ten
tarum et obseruatarum. Preterea idem Nicolaus Tharlo, se cum suc
cessoribus bonisque suis omnibus mobilibus et immobilibus nunc et
in posterum ubicumque in regno Poloniae habitis et habendis eidem Jo
sephe de Flicznik Consorti sue et successoribus eius obligat et in
scribit presentem inscriptionem ex his Actis ad acta terrestria Premisliensia
decursum unius anni transferre et transportare, similemque vel si
opus fuerit meliorem recognitionem facere, sub vadio Octo Millium
florenorum Pecunie monete Poloniae. Pro quo vadio si se predictus recognoscens
ad iudicium terrestre siue Castrensem Premisliensem citare permiserit et succo
res permiserit extunc recedendum a terris, districtibus iuribusque
suis quibusuis propriis, coram eisdem iudiciis cui se ad quod fuerit
citabitur cum bonis et successoribus suis, quo ad respondendum super premis
sis subijcit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pa
rere rudere ac pro prefato vadio re ipsa satisfacere tenebitur et
successores tenebuntur. Terminum ipsum primum et alios subsequentes nul
la re iudiciali et extraiudiciali vera vel simplici infirmitatibus
ac aliis quibusuis legalibus impedimentis ac dilationibus quibuslibet
que ex industria humana parantur, de iureque et consuetudine ob
seruentur, non differendum nec prolongandum, omnibus exceptionibus con
trouersijs prescriptionibus suspensionibus euasionibus motionibus ap
pellationibus earumque prosequutionibus, iuribusque et facti beneficijs
in partem seiectis et remotis tamquam quoniam idem recognoscens satisfa
cere sub simili vadio tenebitur et successores tenebuntur. Nulla prescrip
tione terrestri in premissis omnibus obstante. Quod mentis firmatum est.

Idem inscribit consorti summam

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensis Premisliensis
Generosus Nicolaus Tharlo de Szczekarzowice vexillifer terre Premisli
ensis, Structor lecti Sacre Regie Maiestatis, A terris districtibus iuribusque
suis quibusuis propriis ac foro competentibus, Recedendum, Presenti vero iurisdi
ctioni Castrensis Premisliensis, se successores suos bonaque sua omnia mobilia
et immobilia nunc et in posterum habita et habenda quantum ad infrascripta
tantum attinet subijciendum et incorporandum, sanus mente et corpore existens

publice per expressumque recognouit. Quia ipse motus quoque coniugali erga Generosam Ur
sulam de Flicznik coniugem suam charissimam eidem Ursule de Flicznik Consorti sue sum
mam Duorum Millium florenorum Pecunie monete et nunc Poloniae in et super tota et integra villa
Bunkowice sua terrestria indicat demonstrat et assecurat, iam pro eximie ea bona sua
terrestria summa eadem onerat, Dan et admittendum eidem Consorti sue coram officio presenti
in eadem bona villam Bunkowice summa presenti onerata realem intrationem et a
ctualem pacificamque possessionem per Ministerium Palatinatus Russie generalem. Per ipsam
Ursulam Consortem suam posterosque eius ea bona dicta tota et integra villa
Bunkowice cum omnibus eius attinentiis, omnibusque gratie utilitatibus et fructi
bus universis ac cum omni iure dominio et proprietate sic vel prout ipse met
tenuit et possidebat nunc excipiendum et reseruandum in summa eadem Duorum Mil
lium florenorum Pecunie tenendum habendum et possidendum, pacificeque et quiete utifruendum
iam exeunte usque ad exemptionem et summe prefate plenariam conuinctim
persolutionem. Inscribitque se dictus recognoscens successores super bonis suis
terrestris predicta consorti suam vel successores eius in bonis prefatis
et occasione eorundem ab omni quauis impetitione iuridica quamuis personaliter
remotorum et propinquorum tam ab iuribus et inscriptionibus priorum
et posterioribus factis et factis tamquam quoniam opus fuerit tueri et bona ea
dem munda et libera facere. Neque potuerit cum suis posteris idem reco
gnoscens ipsi Consorti sue vel eius posteris in dictis bonis iniuriari et quo
uis modo possessionem prepedire et ademere usque ad exemptionem et summe perso
lutionem. Sub vadio Duorum Millium florenorum Pecunie monete Poloniae. Prete
rea inscriptionem presentem ex Actis presentibus ad acta terrestria Premisliensia ante decur
sum unius anni in sacra verborum forma transportare se successores suos in
bonis suis inscribit sub simili vadio Duorum Millium florenorum Pecunie
monete Poloniae. Pro quo vadio et vadijs idem recognoscens ad iudicium terrestre
siue Castrensem Premisliensem citatus, obmisso foro suo proprio coram eodem
iudicio ad quod citabitur in primo termino stare parere rudere
ac pro eodem vadio satisfacere tenebitur et successores tenebuntur. Nulla
terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actio
ne per maiori ac legalibus quibusuis impedimentis differrem ac qui
citationem dilationem non petendum Pena tamen Marci et Trini pena vadium
non euadendum, Motionibus appellationibus earumque prosecutionibus ac dilationibus
gratie vniuersis de iure et consuetudine Cori solitis iuribusque et facti
omnibus remedijs se cum successoribus suis renunciandum. Nulla prescriptione
terrestri obstante. Quod mentis firmatum est.

Idem inscribit vsumfructum eidem

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensis Premisliensis Gene
rosus Nicolaus Tharlo de Szczekarzowice vexillifer terre Premisliensis mente
et corpore sanus existens A terris districtibus iuribusque suis quibusuis propriis
recedendum, seque cum successoribus bonisque suis omnibus huic Castrensi Premisliensi iurisdi
ctioni quo ad actum infrascriptum incorporandum publice per expressumque recognouit. Quia